



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehac nunquam
in lucem prodire

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

Pivs Papa V. Dilecto Filio F. Lavrentio Carthvsiano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

PIVS PAPA V.
DILECTO FILIO F. LAVREN-
TIO CARTHVSIANO.

DILECTE fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Li-
brum, sanctorum Patrum vitas continentem, à te nupèr edi-
tum, atq; ad nos missum, libentissime accepimus: qui quidè
eo etiam gratior nobis fuit, quòd opus in se còtinet à nobis
semper desideratum, & ad refellenda hereticorum in easdem
sanctorum Patrum historias maledicta, aptissimum. Lauda-
mus vehementer pium hunc laborem tuum, teque, quòd coram Domino va-
cuis apparere nolueris, sed in eius Domum, pro facultate tibi ab eo conces-
sa, quicquid potueris, vtrò obtuleris, debitis in Domino laudibus commen-
damus: cuius tamen laudabilis laboris tui gloriam in primis ei tribuendam
esse memento, à quo accepisti & velle & perficere: quod & à nobis, & ab
omnibus pijs & Catholicæ religionis studiosis merito laudaretur; Hortamur
autem te, vt huiusmodi opere prosequendo, & de Ecclesia Dei benè me-
reri, & tibi apud omnipotentem Deum merita augere nè desistas, securus,
te à Redemptore nostro laborum tuorum centuplum esse fructum
percepturum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub
annulo piscatoris, die 2. Iunij, M. D. LXX. Pon-
tificatus nostri Anno Quinto.

T. Aldobrandinus.